



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Cubicula, & varia in iis contenta.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

348      *Pars secunda de elevatione*  
plexi sunt me , & legem tuam non sum obliuus.  
Ps. 118. Meditatus sum nocte cum corde meo, &  
exercitabam , & scopebam spiritum meum. Pl. 76.  
Sive me piis cogitationibus quasi scopâ agitabam  
nunc misericordiam , nunc justitiam divinam  
animo volvens. *Veniens* ( Diabolus ) invenis  
eam ( animam quam reliquit ) vacantem, scopis  
mundatam & ornatam. Assumpti autem ab eo  
septem nequiores spiritus intrantes habitantibz  
& sunt novissima hominis illius pejora prioribus.  
Matth. 12. Hoc verificatur in homine , qui  
quidem se convertit ; sed postmodum vacans  
otio nec de solidis sibi remediis providens reci-  
divam patitur, & in pejora prolabitur.

*Saccus.*

**Q**ui mercedes congregavit , misit eam in saccu-  
lum pertusum. Agg. 5. Talia sunt bona  
opera debitâ destitutâ intentione. Con-  
scidiisti saccum meum [ vestem lugubrem sacco  
similem ]. & circumdedisti me latitiâ. Ps. 29.  
Hoc potest dicere homo è statu peccati vel ad-  
versitatis emergens , vel etiam anima in statu  
gratiæ corpus relinquens. Facite vobis sacculos,  
qui non veterascunt. Luc. 12.

*Cubicula , & varia in iis contenta.*

**I**N superioribus domîs sua fecit sibi secretum  
cubiculum , in quo cum pueris suis clausa mo-  
rabatur , habens super lumbos suos cilicium , ti-  
mebat Dominum valde , nec erat , qui loqueretur

de illa verbum malum. Judith. 8. Ecce speculum devotæ Virginis aut Viduæ. *Cum oraveris,* intra cubiculum tuum, *& clauso ostio ora patrem tuum in abscondito.* Matth. 6. Hoc est, non ut Phariseus vanam quære gloriam ex oratione publica. Cæterum quod bonum exemplum dandum sit publicâ quoque ac devotâ oratione in Ecclesia, docet nos lex vetus ac nova, ipsaque sana ratio & Ecclesiæ præcepta. *Quod in aurem locuti estis in cubiculis [v. g. tempore exercitiorum spiritualium] prædicabitur in tectis.* Luc. 12. Sive ex ambone: sic etiam omnia secreta sive bona, sive mala apparebunt in die judicij.

*Calamus, Atramentum, Charta, Tabula.*

**L**ingua mea calamus Scriba velociter scribep-  
tis. Ps. 44. Sicut enim calamus obsecun-  
dat manui scribentis, ita lingua mea proferet  
promptè, quæ illi animus à Spiritu S. afflatus  
suggesserit. Manifestati quod Epistola estis Christi  
ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed  
Spiritu Dei vivi. 2. Cor. 3. Non in tabulis lapi-  
deis ut lex Moysis sed carnalibus corde mollii.  
*Atramentarium Scriptoris habebat in lumbis*  
suis, & dixit Dominus ad eum. *Signa Thau su-*  
*per frontes, dolentium super cunctis abominatio-*  
*nibus sive peccatis.* Ezech. 9. Vir hic descriptus  
erat Angelus, quinque ejus comitibus Angelis  
jussit Deus, ut omnes occiderent in Jerusalem  
præter signatos litterâ T. hæc apud Ægyptios  
erat characteristica littera futuræ vitæ. Apud  
Latinos & Græcos damnandis à judice præfige-  
batur